Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Dicit eis Venite et videte. Ve
nerunt et viderunt ubi mane
bat: et apud eum manserunt
die illo hora autem erat quasi
decima. Erat autem andreas
frater simonis petri: unus
ex duobus qui audierant
a iohanne et secuti fuerunt
eum. Invenit hic primum fratrem
suum simonem: et dicit ei. In
venimus messiam: quod est
interpretatum xpm. Et adduxit
eum ad ihm. Intuitus autem eum
ihs dixit. Tu es simon filius
iohanna: tu vocaberis cephas
quod interpretatur petrus. In crastinum
voluit exire in galileam:
et invenit philippum. Et dicit
illi ihs. Sequere me. Erat
autem philippus a bethsaida:
civitate andree et petri. Invenit
philippus nathanael:
et dicit ei. Quem scriptsit moy
ses in lege et prpheete: invenimus
ihm filium ioseph a na
zareth. Et dicit ei nathanael.
A nazareth potest aliquid
bonum esse. Dicit ei philippus.
Veni et vide. Vidit ihs natha
nael venientem ad se: et dicit
de eo. Ecce vere israelita: in quo
dolus non est. Dicit ei natha
nael. Unde me nosti? Respondit
ihs: et dixit ei. Priusquam te
philippus vocaret cum esses
sub ficu: vidi te. Respondit ei na
thanael et ait. Rabbi tu es
filius dei: tu es rex israel. Respon
dit ihs: et dixit ei. Quia dixi
tibi vidi te sub ficu credis:
maius hys videbis. Et dixit
ei. Amen amen dico vobis: vi
debitis celum apertum. et angelos
dei ascendentes et descendentes su
per filium hominis. Off. Gloria et
honore. Secr. Sacrandum tibi
domine munus offerimus quo
beati andree apli tui solemnia
pacificantur. purificacione
quoque nostris mentibus implo
ramus. Per. Secr. Munera
tibi domine dicata sanctifica et in
tercedentibus beatis martyribus tuis
pacem nos placatus concede.
Per. Pfacio quotidiana. Com.
Dicit andreas simoni fratri
suo invenimus messiam quod dicit
xpm et adduxit eum ad ihm. Cōpl.
Percepto domine sacramen
tis supplices exoramus ut
intercedente beato andree ap
tolo tuo que pro illius venera
cione gerimus passione no
bis proficiat ad medelam. Per cōpl.
Sanctificet nos ds domine tua
precepta sacramenta et intercessio
sancte tuae tibi placet
acceptos. Per. Sādicam domino
In die scto officium. Introitus ad
mimus. Kyriel. de aplis. Colla.